

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

61. Si per neglegentiam matris infans moritur non baptizatus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

236 R E G I N O N I S . L I B . II .  
serit , aut vestimentorum pondere suffocaverit , & hoc post baptismum factum fuerit , quadraginta dies pœnitentia in pane & aqua , oleribus , atque leguminibus , & à conjugi se abstineat . Postea tres annos pœnitentia per legitimas ferias , & tres in anno quadragesimas observet . Quod si ante baptismum infans oppressus fuerit , proximos quadraginta dies ut supra pœnitentia . Postea verò quinquennium expletat .

Si per neglegentiam matris infans moritur non baptizatus . *Ex epistola Rabani ad Reginaldum Choropiscopum .*

Burchard. lib.  
17. c. 59.

L XI . De infantibus autem qui mortui inviuntur cum patre & matre , & non appareat utrum à patre aut matre occisus sit ipse infans vel suffocatus , an propria morte defunctus , non debent inde securi esse nec sine pœnitentia ipsi parentes ; sed tamen in eis consideratio debet esse pietatis , ubi non voluntas sed evenitus mortis causa fuit . Si autem eos non latet ipsos ejus esse interfactores , scire debent graviter se deliquerisse . quod in Ancyrano Concilio comprobatur . Quidam autem trium annorum pœnitentiam hujusmodi hominis judicant esse debere , quorum ex his unum exigat in pane & aqua , atque se ab omni luxuria tempore pœnitentiæ suæ custodiat .

Concil. An-  
cyr. c. 20.

De femina cuius filius per neglegentiam obierit non baptizatus . *Ex Pœnitentiali cap. xvii .*

L XII . Pariens femina , cuius filius per ne-